

Rom. II. v. 16. Quod si primitiae sanctæ, & conspersio
(deest, sancta est) & si radix sancta & rami (scilicet san-
cti erunt.)

Georg. 3. Densior hic siboles, hic largi copia lactis, sc. est cera.

Virg. Eclog. 3. Cantando tu illum? aut unquam tibi fi-
stula,

Juncta fuit? scilicet metuisti.

Item: Novimus & qui te, transversa tumentibus hircis,
Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.

Æneid. 6. Ecquis erit mecum, juvenes, qui primus in ho-
stem? scilicet irruet.

Terent. in Andr. Act. I. Scen. I. Quem quidem ego, se
sensero, sed quid opus est verbis?

Item in Eunuch. Act. I. Sc. I. Egone illam? quæ illam?
quæ me? quæ non? Sine modo, mori me malim. Senties
qui vir sim.

Plaut. in Amphit. Act. I. Sc. 3. Cui ego jam hoc Scipione?
Scilicet silentium imponam.

CAPUT XXVIII.

X. A P O S T R O P H E
est, cum Oratio ad aliam, quam instituta Ora-
tio requirit, personam, vel quasi personam,
convertitur. Latine dicitur Aversio.

(Dicitur ἀποστρόφη aversio, avocatio ab ἀποστρέψω, ψω,
averto, revoco, alio flecto. Sic dicta, quia ab ea, de
qua loquimur, ad aliam personam nos avertimus. Unde
vulgo Apostrophe definitur: cum persona in Oratione mu-
tatur compellandi alicuius gratia; vel: cum oratio ad certam
aliquam personam convertitur, quæ nominatim appellatur.
Dico vel Quasi personam: quia persona hic non proprie,
sed impropre intelligitur, ne rebus quoque mutis & ina-
nimatis tribuatur, ac tanquam impersonaliter accipa-
tur.)

2. Modi

x 2. Modi ejus sunt tres. Vel enim 1. ab hominibus ad Deum fit ayersio, ut, Psal. 109. v. 21. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mibi apud Dominum.* v. 22. *Tu autem Domine, Domine fac mecum propter nomen tuum, quia suavis misericordia tua.*

(Est hæc Apostrophe tum in Psalmis Davidicis usitissima, cum apud Poëtas vel maxime illustris, ut in themate tractando & initio & fine invocatio ad Deum avertatur, ut Æneid. I. *Musa mibi causas memora, &c.* Metamorph. I. *Dii cœptis adspirate meis, &c.* Divisio autem hæc Apostrophes est ex variis personarum adjunctis presumta.)

x **Vel 2.** ad humanam personam fit Orationis conversio, ut: Psal. 2. v. 9. *Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos.*

Vers. 10. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram.*

(Hic ubi Propheta de spirituali Christi regno vaticinatus esset, per Apostrophen se ad Principes convertit, eosque ut se Domino subjiciant graviter hortatur. Sic Ps. 6. v. 9. avertit se David a luctu & squalore suo ad hostes insultantes eosque his verbis alloquitur: *Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.* Est hæc Apostrophe in familiari bus concionibus sacris usitissima & maxime necessaria, ubi concionatores universalia quam sæpiissime speciatim singulis per apostrophen applicant.)

x **Vel 3.** ad rem mutam & inanimatam quasi ad personam Orationis fit conversio, ut: Matth. 11. v. 22. *Et tu Capernaum, quæ in cælum usque exaltata es, usque in infernum detruderis.*

(Hic

(Hic ubi Christus civitatibus Chorazim, Bethsaïdæ, Tyro & Sidoni, in quibus plurimas virtutes ediderat, ad quas ipsæ tamen pœnitentiam non egerant, suam in gratitudinem exprobrasset, de quibus vid. v. 21. 22. eleganti tandem apostrophe se ad Capernaum convertit, eamque veluti personam aliquam animatam alloquitur, v. 23. Sic *Cic. pro Milone* ad Albanos tumulos, lucos & aras, quasi personam aliquam Oratione in convertit: *Vos Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque obtestor, vosque Albanorum obruta aræ sacrorum populi Romani sociæ atque æquales, quas ille præceps amentia, cæsis prostratis que sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.*

x 1. Apostrophe ad vehementiam & affectus est accommodata.

2. Exclamationi elationis genere non cedit, & persæpe cum ea conjungitur.

3. Rarius, sed tamen aliquando protinus in exordio adhibetur.

(*Quando scilicet iræ & indignationis species repræsentatur. Sic exordium sit per Apostrophen, in Catilin. 1. Quousque tandem, Catilina, abutere patientia nostra? quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata jaſtabit audacia? Sed tamen hic in Senatu res agitur, ideoque directus eo ad Patres: Unde averfio intellegitur, quod subjicit Talæus lib. I. cap. 32.*)

Exempla promiscua alia.

Jer. 47. v. 6. O mucro Domini usque quo non quiesces: ingredere in vaginam tuam, refrigerare & file!

Efai. 8. v. 9. 10. Audite universæ procul terra: Accingamini & conteramini: accingite vos & conteramini: initie

LIB
 imitum & iſſop
 Quia nubiscum (1
 Psal. 4. v. 3.
 probrum?
 Psal. 27. v. 13.
 viventium.
 Ver. 14. Espe
 tur ter tuum.
 Psal. 44. v. 46.
 as tuus! Quare tri
 Psalm. 1. o. Deus
 Psalm. 114. v. 3.
 gretorsum.
 Ver. 5. Quid q
 uis quia converjan
 Rom. 9. v. 20. A
 nspersas Dei?
 Rom. 11. v. 13.
 Rom. 2. v. 17. J
 fu in lege, & glori
 Ver. 19. Confid
 Bernh. in sequ
 uscere miranda
 nis Maria, qui
 tatis, & gloriam
 mun & reſtes. Si
 Galilee. Ubi eti
 Cic pro Mur.
 legi ambitus later
 L. Murena atteng
 et, non ſolum ut
 tam etiam ut epif
 rationem mei ja
 1. ad Catonem.
 In Catilin. 1.
 Salute & cum tu
 se tecum emas

constitum & dissipabitur: iocundum verbum & non fiet;
Quia nobiscum (Deus) Immanuel.

Psal. 4. v. 3. Filiū hominum quo usque erit gloria mea
probrum?

Psal. 27. v. 13. Credo, me visurum bona Domini in terris
viventium.

Vers. 14. Expecta Dominum & viriliter age & conforta-
tur cor tuum.

Psal. 42. v. 4. 6. Dicunt mihi per singulos dies, ubi est De-
us tuus? Quare tristis es anima mea? Spera in Deo.

Psalm. 110. Deus meus es tu, confitebor tibi.

Psalm. 114. v. 3. Mare vidit & fugit, Jordanis conversus
est retrorsum.

Vers. 5. Quid est tibi mare, quod fugisti? & tu Jordani
qua conversus es retrorsum.

Rom. 9. v. 20. Atqui o homo, tu quis es, qui ex adverso
responsas Deo?

Rom. 11. v. 13. Vobis dico gentibus.

Rom. 2. v. 17. Ecce tu Judaeus cognominaris, & acquie-
scis in lege, & gloriaris in Deo, & Deo, &c.

Vers. 19. Confidis te ipsum esse ducem cœcorum, &c.

Bernh. in sequentia Paschatos: Mors & vita duello,
confixere mirando: Dux vitæ mortuus, regnat vivus. Die
nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulchrum Christi vi-
ventis, & gloriam vidiz resurgentis: Angelicos testes, sudar-
rium & uestes. Surrexit Christus spes mea: præcedet suos in
Galilæa. Ubi etiam Prosopopœia imperfecta.

Cic. pro Mur. Negat fuisse rectum, Cato, me consulem &
legis ambitus latorem & tam se vere gesto consulatu causam
L. Murenæ attingere: cuius reprehensio me vehementer mo-
vet, non solum ut vobis judices, quibus maxime debeo, ve-
rum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro,
rationem mei facti probem. Hic duplex est Apostrophe,
1. ad Catonem. 2. ad judices.

In Catilin. 1. Hisce omnibus, Catilina, cum summa Reipub-
salute & cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui
se tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiere

ad impium bellum ac nefarium. Tum tu Jupiter, qui iisdem quibus hac urbs auspiciis a Romulo constitutus es, quem statorem hujus urbis atque imperii vere nominamus, hunc & hujus socios a tuis aris ceterisque templis, a tectis urbis ac inuenientibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis. Hic Apostrophe fit a Catilina ad Jovem Deum gentilitium.

Pro Dom. Quo circa te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum: propter vim maximum nomi-
navit.

I. Tuscul. Sic ad philosophiam sermonem convertit: Ad
et configimus, a te opem petimus, &c.

Aeneid. 2. — Percunt Hypanisque Dymasque,
Confisi a sociis: nec te tua plurima Panthu,

Labentem pietas, nec Apollinis insula texit,

Aeneid. 3. Fas omne abrumpit Polydorum, obtruncat, &
auro.

*Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra famae.*

AEn. 6. Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.

Ibid. Scipades duros bello, & te maxime Cæsar.

Ibid. Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relin-
quat?

Quis Grachi genus? aut geminos, duo fulmina belli.

Scipiadas, cladem Libyæ? parvoque potentem
Fabricium? vel te fulco Serrane serentem?

Quo fessum rapitis Fabii? tu maximus ille es,
Unus qui nobis cunctando restituis rem!

Ovid. I. Fastor. Jane biceps anni tacite labentis origo
Dexter ades!

Ibid. Diique petitorum, dixit, salvete locorum,
Tuque novos cœlo datura Deos.

Terent. in Phorm. Demipho te nunc appello, nam me cum
est hoc tædet loqui. Exempla insignia hujus figuræ extant
in fabula Pyrami & Thysbes apud Ovid. lib. 4. Metam.
fab. 4. ubi sermo nunc ad parietem, nunc ad feram, nunc
parentes, nunc ad arborem convertitur.

CAPUT

LIB
PRO
it, qua alien
nostra loquente
lone fictio.

(Praeceptum dic
quisi dicas personæ
filiæ in postularum i
tarum, & Aucto
Ubi uita, perinde e
& habeatur tanquam

1. Estque vel

(Distributio ei
obliquam distingui

2. Imperfecta
bonæ leviter &
ut (quoniam lib
tæ quoque sicut
legos existimet
nundetis. CICERO

(Dicatur imper
tæ aliqua appellat
integra Oratio,
& oblique quid al
exponimus. Sic &
dicit Afaticos rog
Rompejas. Sic &
non refert, quid
quentes introduci
se, sine ullo mai
quid iter nullum
sibi facere licet.

lib. 4. fine uilla mai
quid iter nullum
sibi facere licet.